IIII Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus
et thomas cum eis. Venit ihs ianuis clausis et stetit
in medio et dixit pax vobis. Deinde dicit thome In
fer digitum tuum huc et vide manus meas. Et affer
manum tuam et mitte in latus meum et noli esse in
X credulus sed fidelis. Respondit thomas et dixit ei
Dns meus et ds meus. Dicit ei ihs Quia vidisti me cre
didisti beati qui non viderunt et crediderunt. Mul
ta quidem et alia signa fecit ihs in conspectu discipu
lorum suorum quae non sunt scripta in libro hoc.
haec autem scripta sunt ut credatis quia ihs est xps
filius di. Et ut credentes vitam habeatis in nomine
VIIII eius. Postea manifestavit se iterum ihs ad mare
tiberiadis manifestavit autem sic. Erant simul simon
petrus et thomas qui dicitur didymus et nathanael
qui erat a cana galilee et filii zebedei et alii ex dis
cipulis eius duo. Dicit eis simon petrus Vado pisca
ri. Dicunt ei Venimus et nos tecum et exierunt et
ascenderunt navem et illa nocte nihil prendide
runt. Mane autem iam facto stetit ihs in litore
non tamen cognoverunt discipuli quia ihs est. Dicit
ergo eis ihs Pueri numquid pulmentarium habe
tis responderunt ei Non. Dicit eis Mittite in dex
teram navigii rete et invenietis. Miserunt ergo
et iam non valebant illud trahere prae multitudine
piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat
ihs petro dns est. Simon petrus cum audisset quia
dns est tunica succinxit se erat enim nudus et
misit se in mare. Alii autem discipuli navigio vene
runt non enim longe erant a terra sed quasi cubi